

Mythologia, Venise, 1567 - IV, 03 : De Genio

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[35\] : De Genio](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre IV

[Mythologia, Francfort, 1581 - IV, 03 : De Genio](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre IV

[Mythologie, Paris, 1627 - IV, 04 : Du Genie](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre IV

[Mythologie, Lyon, 1612 - IV, 03 : Du Genie](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - IV, 03 : De Genio, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 04/12/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/837>

Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4
Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 92v°-93r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Génie](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Mythologia.

Hæc si quis recte consideret, nihil aliud esse Penates Deos existimabit, quam elementa ipsa, penes quæ nati sumus. Qui enim Apollinem & Neptunum Penates putarunt, nonne duo generationis principia Deorum nomine appellarunt, cum ex humore tanquam materia, & calore tanquam artifice ad formam euocante, omnia nascantur? humor enim feminæ, calor maris vires fungitur in rebus Naturæ. His merito Vestam comitem addiderunt, tanquam condensandi corporis, quod gignitur, fundamentum. Quod idem sensisse videtur illi, qui corporis generationem elementis concedunt, at animi vim de cælo deducunt, ut illi superiores, qui Iouem, Iunonem, Minervam, ac Vestam censuerunt. Finxerunt nonnulli adolescentes duos esse Penates, qui sedentes pilam utrinque tenerent, qui quidem nihil aliud esse putabant, quam propria singulorum fortunam atque euentus, cum penes nos nascerentur. Hos Penates vocarunt & magnos Deos, & bonos, & potentes, quod penes illos vniuersam humane vitæ moderationem singulorum esse arbitrantur. Horum Deorum imagines quæ forent apud ciuitatum Principes aut apud Reges, rerum vniuersarum ciuitatum tutelam credebantur habere; at quæ forent apud priuatos, priuatarum domorum; quippe cum omnia serie quadam factorum gubernari & seruari crederentur; quam etiam Genium nominarunt, quare nunc dicamus de Genio.

20

De Genio.

Cap. III.

ENimvero Genius Iouis & Terræ Elius fuisse dicitur, ut asserit Pausanias in Achaïcis. Hic sine feminæ congressu & semine Iouis in terram per somnum profuso natus esse dicitur, figura quidem humana, sed ambiguo sexu, quem postea Agdistem appellarunt. Huic cum sacra fierent ab antiquis flores complures humi spargebantur, vinumque illi in pateris offerebatur, ut innuit Horat. in 2 Epistolarum;

30

Tellurem porco, Sylvanum lacte piabunt,

Floribus & vino Genium memorem breuis xui.

40

Crediderunt siquidem antiqui singulos homines, statim atque nati fuissent, daemones duos habere, alterum malum, alterum bonum, quorum nos sub tutela essemus, quos ambos genios vocarunt, & putarunt nobiscum esse natos. Dictus est autem Genius, ut placuit Latinis, a gignendo, vel quia nobiscum gignatur, vel quia illi procreandorum cura diminitus commissa putaretur. Hic creditur nobis etiam nunc suadere, nunc dissuadens vniuersam vitam nostram gubernare, esseque mentis & voluntatis nostræ propè moderator. Nam existimantur Genii daemones rerum, quas voluerint nobis persuadere, spectra & imagines sibi tanquam in speculo imprimere, quod illis facillimum sit, in quæ spectra cum anima nostra etiam respexerit, illa sibi veniunt in mentem, quæ si ratione perpendantur, tum recta sit animi deliberatio. Ac si quis posthabita ratione malorum spectrorum & visorum ductu feratur, ille in multos errores incurrat necesse est, si spectra fuerint præcipue a malignis daemonibus oblata. Ita multi sunt supra modum libidinosi, aut crudeles aut auari, quæ omnia ad genium referuntur. Inde factum est ut ita Socraticus crediderit Euclides, & Plato de Socratis daemone consultore mentionem fecerit sæpius. Quod vero Genius demon fuerit, testatur Plutarchus, qui illum Bruto per noctem apparuisse scribit ita in eius vita;

ἢ πολλὰ γὰρ μάλιστα καὶ παρὰ τοὺς ἰωνίους, ἔθνη ἀποβλέποντες ἀνέστη. ἀνελθὼν δὲ πρὸς τοὺς ἀνδρας, ἔφη θρονεῖν καὶ ἀλλοτερεῖ χρόνῳ λαὸν πάμπαν καὶ φοβήσιν καὶ πᾶσι παρῴντες αὐτῶν. τελευτᾶσαι δὲ ἰσχυρῶς, τίς ποτ' ὢν ἡμῶν ἀνθρώπων ἢ θνητῶν ἐπὶ τοσούτοις ἔθνεσιν ἔμεινεν; ὧς εἰρησίου δὲ αὐτῶν ἐπὶ φέροντα, ἔπειθ' ἔφη οὕτως εἰσέλθαι καὶ εἶπε θύμῃ καὶ μετὰ ἡρώων, καὶ ἡ ἰσχυρῶς καὶ ἡ καταρροχθὴ, ἔφραμα ἦσαν. ἀφαιρέθη δὲ αὐτῶν πᾶσι σκῆπτρα καὶ ἰσχυρὰ, καὶ ἔπειθ' αὐτοὶ, οὐκ ἔδωκεν ἰσχυρὰ καὶ ἰσχυρὰ. Is igitur, cum quiddā secū ratio-
 cinaretur, visus est sibi ingredientem quendam ad se persensisse: quare ocu-
 lis ad ingressum cōuersis monitrosam quandam & horrendam formam aspe-
 xit, quæ silentio sibi postea astitit. Hāc interrogare ausus est Brutus, & quā
 inquit hominum es, aut Deorū? aut quid tibi vis? cur ad nos venisti? ad quā
 submurmurans illa forma tuas sum inquit ὦ Brute malus Genius, me vide-
 bis postea in Philippis. Tum Brutus minime exterritus, videbo respondit:
 Cum verō is demon euauisset, pueros ad se intro vocauit Brutus, qui nul-
 lam neque vocem se audiuisset, neque quidquam vidisse responderunt. Alii
 igitur crediderunt elementorum symmetriam, quæ corpora humana ac vi-
 uentia omnia conseruaret, Genii nomine fuisse vocatam. Alii occultam vim
 planetarum, quā ad singulas res getendas impelleremur. Nam demones illi
 primum Geruli, deinde Genii vocāti sunt. Neque vero homines solum Ge-
 nios habere credebantur, sed etiam plantæ, & ædificia, & loca, vt in his
 ait Virgilius libro septimo;

Sic deinde effatus, florenti tempora ramo
Implicat; & Geniumq; loci, primamq; Deorum
Tellurem, Nymphasq;, & adhuc ignota precatur
Flumina.

Sed quoniam Symmetria elementorum mores pro sua bonitate in nobis imprimi, quod etiam putatur vis syderum efficere, illud inuito Genio facimus, quod ab alia externa necessitate, & non sponte facimus. Defraudamusq; Genium, vel illi indulgemus, cum incunda voluntati nostræ subtrahimus, vel concedimus. Dixerunt Genio frontem præcipuè esse dicatam, quoniam illa pars plerûq; indicio est an inuiti, vel sponte quid faciamus, & an læti simus, vel tristes. Ac de Genio satis, nunc dicamus de Laribus.

De Latribus.

Cap. III.

AT Laribus diuersa à Penatibus & à Geniis origo fuisse traditur: nam fama est è furto Mercurii Larum; Almonis filix concubitu Lares geminos fuisse genitos: quia cum Lara Iouis adulteria Iunoni indicasset, Iupiter iratus illi linguam præcidit, & ad infernam paludem relegauit, quam, cum Iouis mandato eò deduceret Mercurius, in itinere compressit, ex quo nati creduntur ii demones, qui Lares sunt vocati. Id significauit Ouid. lib. secundo fastorum in his:

Iupiter intumuit: quæque est non vfa modestæ,
Eripit huic linguam, Mercuriumque vocat.
Duc hanc ad manes, (locus ille silentibus aptus.)
Nympha, sed infernæ Nympha paludis, erit.
Iussa Iouis fiunt, accepit lucus euntes.
Dicitur illa duci tum placuisse Deo
Vim parat hic, vultu pro verbis illa precatur.

 $\Delta \equiv$

Be